

Q. K. 148, 16.

Za
2907

Q. D. B. V.

DE

IACOBO BOHMIO,

PALAEO-SEIDENBURGENSI

In Susatensium Athenaeo

disputabunt,

PRAESES

D. IVSTVS VVESSELUS RUMPAEUS,

Archi-Gymnasii Receptor,

ET

RESPONDENS

IOHANNES CHRISTOPHORUS BEURHUSIUS,

Tremoniensis.

Ad diem XII. Martii ANNO MDCCXIV.

SVSATI, Stanno HERMANNIANO.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



VIRIS

Plurimum Reuerendo, Prae Nobilissimis, Amplissimis,
Consultissimis, Clarissimis:

DN. IOHANNI HENRICO BEURHUSIO,

Ecclesiae Petrinae, quae Tremoniae Christo colligitur,
Ecclesiasti meritissimo, Patruo filiali prorsus
honore colendo,

DN. BERNHARDO IOACHIMO BEURHUSIO,

Haereditario in Libera Imperii Romani Urbe Tremoniensi
fulgidissimo, Patruo itidem ac Tutori suo ad Tum-
bam usque filialiter deuenerando,

DN. CAROLO IOHANNI BEURHUSIO, I. U. D.

Celeberrimo, Aduocato apud Tremonienfes dexterrimo,
Patrueli suo *ἀγαπῶν* amando,

DN. IOHANNI FRIDERICO BEURHUSIO,

I. U. D. famigeratissimo, Aduocato apud Tremonienfes
exoptatissimo, Fratri suo mellitissimo,

DN. PETRO CHRISTOPHORO BEURHUSIO,

I. U. D. Consummatissimo, Aduocato apud Tremonienfes
meritissimo, Fratri etiam suo suauissimo,

DN. HENRICO ZACHARIAE BEURHUSIO,

I. U. Candidato dignissimo, Aduocato apud Tremonienfes
optimo, Patrueli aestumatissimo,

DN. IOHANNI BEURHUSIO, in Academia

lenensi Philosophiae et Theologiae Studioso perindustrio,
Fratri quoque suo peramando,

DN. IOHANNI FRIDERICO BEURHUSIO,

In Uniuersitate Coloniensi Iurium Studioso diligentissimo,
Patrueli suauissimo,

Specimen hoc Theologicum cum debita observantia
et amore ex Veterum Formula;

DAT, DICAT, DEDICAT,

RESPONDENS.



IN NOMINE IESU!

§. I.

Septennium fere est, cum mihi honores in Theologia Doctorales, examinibus feliciter exantlatis, ambiendi a venerando Theologorum ordine in Regia Pomeranorum Uniuersitate cursorias, ut vocant, de Jacobo Böhmiō Lectiones demandatas duabus absoluerem Horis, sex Paragraphis *Böhmiū vitam, Scripta, Sectatores, Mataeologiae Böhmiānae specimen, Varia variorum nostrumque de hac Mataeologia, eiusque Auctore Iudicia*, exponendo brevissimis. Quas tibi nunc, Lector Beneuole, eodem ordine extensiores auctioresque in solennis vicem Dissertationis exhibere, e studiosae Iuuentutis re esse duxi, licet haud ignarus, octo abhinc annis Dominum D. *Adamum Wildium* in Noricorum Academia pro gradu Doctorali de luc animarum Böhmistica differuisse. Faxit vero benignissimum Numen feliciter! Tu interim Lector beneuole tumultuariam hanc nostram opellam inter occupationes plurimas elaboratam aequi bonique consule!

A

§. II.

§. II.

Quod igitur ad *Böhmii vitam* attinet, natus est ille anno post Seruatorem natum *millesimo quingentesimo septuagesimo quinto* in Pago Palaeo-Seidenburga, *Alt-Seidenburg*/ duobus circiter a Görlicio urbe montana versus distito milliariibus, Parentibus Rusticis, Patre *Iacobo*, Matre *Urfula*: a quibus puer pecori pascendo adhibitus, decimo aetatis anno ad Scholam missus, ibique legere saltem et scribere aliquatenus doctus, postea vero *annorum duodecim*, Sutori in disciplinam traditus est, ut mechanicae huic daret operam arti. Profecit in ea, ut *anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quarto*, aetatis suae decimo nono tyrociniū Görlicii poneret. Coniugium eodem cum *Iohannis Kunschmanni*, Lanionis Görlicensis Filia *Catharina* iniiit anno, qua cum annis fere triginta vixit et quatuor ex ea filios genuit. Cum adhuc in Officina Sutoria disciplinae esset subjectus, accessisse ad eum, refert *Abrahamus de Franckenberg*, Nobilis Silesius, in vita Böhmii operibus eius praemissa, ignotum atque honestum virum, calceorum par emendorum gratia, et *Böhmio* propter Sutoris Heri absentiam pretium supergredienti, soluto illo, vaticinatum fuisse: *Tu quidem, Iacobe, es paruus, sed magnus atque longe alius homo et vir futurus, ut totus mundus te sit admiraturus. Age igitur, time DEUM, et honora verbum suum, praecipue lectioni Scripturae Sacrae, ex qua consolationem et informationem tibi acquires, libenter esto intentus. Multae enim calamitates, paupertas atque persecutiones tibi ferendae erunt, sed bono et constanti sis animo. Tu namque DEO acceptus, et ille tibi clemens est.* Böhmium hac ratione percussum, semper in memoriam illud retinuisse, atque inde ad piam honestam vitam permotum, cui cum studuisset, tandem solatiffua Christi promissione Luc. XI, v. 13. *Pater in coelis dabit Spiritum*

tum

tum Sanctum petentibus eum, in seipso ad assiduas et ardentis preces pro gratia Spiritus Sancti impetranda fundendas excitatum fuisse. Unde factum, ut *tres expertus fuerit ecstases, primam* quidem, qua ad Sabbathum sanctissimum raptus per integrum septiduum in regno laetitiae substitit de nouo ad DEUM tractus, atque cum in naturalibus tum in spiritualibus rebus illuminatus. *Alteram circa Christi millesimum sexcentissimum die 16. Septembris, actatis vero suae vicefimum quintum annum*, qua subita vasis stannei apparitione ad intimum naturae secretioris centrum et cognitionem peruenerit, denuo miraculo Creatoris in campo aperto, in signaturis omnium creaturarum intimius cognoscens. Ipse *Bohmius* hanc apparitionem recenset in *Aurora Cap. 19. p. 231.* *Tertiam vero circa Christi millesimum sexcentissimum decimum, actatis vero suae trigesimum quintum annum*, qua nouo fuerit circumfusum lumine, de qua *Bohmius* ipse scribit Epistola duodecima ad *Casparum Lidnerum* 1621. die 10, Maii data. Hic iam Libros scribere, quos deinde recensebimus, et se Teutonicum Philosophum nominare.

§. III.

Antequam ad *Böhmii* mortem veniamus, de itinere *Dresdensi* quaedam nobis sunt memoranda. Et ipse *Bohmius* in suis Epistolis passim et alii, quos inter *Quirinus Kuhlman* in *Neubegeisterten Böhmen* C. 6. p. 42. seqq. Itemque *Godofredus Arnoldus* in *der Kirchen- und Reher. Historie* P. II. Lib. 12. C. 19. §. 6. seqq. p. 630. seqq. referunt, quod *Bohmius* breui ante mortem suam ex mandato Electorali *Dresdam* fuerit citatus, atque a *D. Hoe*, *D. Meisnero*, *D. Balduino*, *D. Gerhardo*, *D. Lysero*, *D. Strychio*, Superintendente *Dresdensi*, et duobus Mathematicum Professoribus praesente Electore scriptorum suorum causa fuerit examinatus, quodque, postquam

summa cum modestia atque stupore omnium respondisset, propositis vicissim arduis quaestionibus, hi, iudicium suum suspendentes in pace eum dimiserint. Verum enim vero *B. Calovius* relationem suspectam in sui *Anti-Böhmii* 1680. 8. praefatione facit: *Ego etiam, scribens, de eo sciscitatus sum inclusum Proto-Synedrium Dresdensense per Dominum Secretarium Theodorum Wernerum, sed testatus est, se ab illustri Dn. Praefide insum esse de inquirendis actis, nihil autem inuenisse. Unde arbitror, totam relationem Kuhlmanni de hoc examine confictam esse, et fabulam Kuhlmanni, quales ab illo plures ex cogitatae sunt; quales omnino arbitror etiam esse, quae ibi p. 43. leguntur, quod etiam Iacob Böhmiius ἀνεγορευμένα vicissim in illo examine proposuerit. Chartae Böhmii longe post fata Gerhardi editae sunt, tantum abest, ut ad examen Iac. Böhmiius Dresdam vocatus sit. Imo ipse Hogeritius iter hoc recensens Consiliariorum tantum, non reliquorum Doctorum ac Professorum hic mentionem facit, manifesto indicio, fabulam, non veram historiam esse iter Böhmii Dresdensense. Et quanquam vera essent, quae recensentur, nihil tamen hoc obstaret, Böhmiius siquidem potuerit erroribus suis dissimulatis se ὁμοδοξότατος simulare, quemadmodum recte iudicat B. Chre. Gott Daniel Colberg in dem Platonisch-Hermetischen Christenthum P. I. C. VIII, §. 3. p. 318.*

§. IV.

Iam venimus ad *Böhmii mortem*. Anno 1624. *Böhmiius* Schvvinhufio aeger domum redux factus, confortantia sibi a Medicis dari petiit medicamenta. Quae autem cum parum profecissent, desideravit Sacrae Coenae epulo refici. Quare ad eum misus fuit *M. Elias Theodoricus* seu *Diederich*, qui antequam Sacrae Coenae epulum ipsi porrexit, aliquas proposuit quaestiones, ceu ipse in Concione Funebri recenset: *Che ich ihm* (sunt verba ipsius) *das H. Abendmahl gereicht/ habe*

habe ich ihm etliche Fragen vorgehalten / unter welchen die
 Vierdte war: Ob er glaube / daß kein ander Mittel / auch kein
 anderer Weg zur Seeligkeit als Christus / welcher von uns
 durch einen wahren Glauben müsse ergriffen / auch uns sampt
 seinen Merito und aller Wohlthaten appliciret werden / wel-
 cher Glaube auch selbst eine Gabe Gottes wäre? Darauff
 er mit Ja geantwortet. Die fünfte Frage war: Ob ein
 unsträfliches Leben und Wandel bey Gott etwas verdiene?
 Oder ob wir gerecht und selig würden aus lauter unverdien-
 ter Gnade propter meritum Christi fide apprehensum? So er
 mit Ja beantwortet. Die sechste Frage: Ob das gepredig-
 te Wort und heilige Sacramenta Mittel zur Seeligkeit wä-
 ren / welche man brauchen und nicht verachten sollte? Wel-
 ches er auch bejahet. Zum siebenden: Ob er auch die Leh-
 re / so in unseren Kirchen getrieben würde / für Recht und
 Schrift-mäßig hielte? Welche er auch gebilliget. NB. Hat
 auch folgendes versprochen / wenn ihm Gott wieder zu der
 Gesundheit helffen werde / so wolle er sich zu unserer Kirchen
 Lehre halten. Auff diese und andere Fragen mehr / hat er
 seine Beichte abgelegt / ist daher von mir absoluiret / und
 ihm das heilige Nachtmahl gereicht worden. Obiit die se-
 ptime Novembris quinquagenarius, circa annum millesimum
 sexcentimum vicesimum quintum, postquam amicis et necessi-
 tudini suae valedixisset, et in haec verba erupisset: Nun fahr
 ich hin ins Paradies. Haec de Vita et Morte Böhmii.

§. V.

Iam quod ad scripta illius spectat, triginta in lucem emissa
 numerari solent sequentia: (I.) Aurora. (II.) Von denen drey-
 en Principiis, bestehend in 100. Bogen. (III.) Von dreyfachen
 Leben. (IV.) Vierzig Fragen von der Seelen / hat 28. Bo-
 gen. (V.) Ein Buch von Christi Menschwerdung / dessen Ley-
 den

den/ Todt im Baum des Christlichen Glaubens. (VI.) Von der Tiefe / wie sich die Principia einander gebähren. (VII.) Wider die Melancholei, für die Angefochtenen. (VIII.) Von Bezeichnung derer Geschöpffe. (IX.) Das grosse Geheimniß über den Genesin. (X.) Von der Vorsehung und Gnaden- Wahl Gottes. (XI.) Zwo Apologien an Balchazar Tielcken. (XII.) Bedencken über Esaias Stieffeln Bücklein. (XIII.) Vom Himmlischen und Irdischem Geheimniß. (XIV.) Von wahrer Busse. (XV.) Die heilige Wahl / oder Gebeht- Bücklein. (XVI.) Ein kurzer Bericht von der Busse. (XVII.) Von der wahren Gelassenheit. (XVIII.) Von der Wiedergeburt. (XIX.) Vom übersinnlichem Leben. (XX.) Ein Taffel- Schlußsel der Schriften. (XXI.) Von göttlicher Beschaulichkeit. (XXII.) Die Taffel der göttlichen Offenbahrung/ oder Erklärung der dreyerley Welten. (XXIII.) Von denen zween Testamenten Christi / als der Tauffe und dem heiligem Nachtmahl. (XXIX.) Ein Gespräch der Erleuchteten und Unerleuchteten Seele. (XXV.) Eine Apologie wider Georg. Richtern. (XXVI.) Hundert sieben und siebenzig Theologische Fragen. (XXVII.) Ein Auszug des grossen Geheimnisses. (XXVIII.) Von Irthum der Secten wider Esaias Stieffeln. (XXIX.) Ein Bücklein von denen letzten Zeiten / und (XXX.) ein Buch vom Jüngsten Gericht / auch besonders seine zusammen gedruckte Schriften. Scripta haec primum seorsim, postea coniunctim sunt edita, optima vero censetur editio, quae Anno 1682. regali, ut vocant, forma duodecima quinque voluminibus prodit. Vid. Unschuldige Nachrichten 1711. p. 299. seqq.

§. VI.

Non constat, an vel vivente Böhmio, vel statim post eius mortem fuerint vel *Böhmii Sectatores*, vel *Hostes*, nisi quod *M. Geor-*

Georgius Richter, Urbis Görlicii Pastor primarius (cuius de Böhmiis libris iudicium ex Mscr. exhibent Dnn. Autores *der Unschuldigen Nachrichten* 1704. p. 88. seqq.) primum Böhmiis scriptum, Auroram cum legisset, atque quam plurimos ex *Theophrasti Paracelsi* et *Wegeli* Schola haustos errores in illa deprehendisset, publice refutauerit, re ad Magistratum delata, qui ne in scribendis libris pergeret, neque ultra crepidam saperet, Böhmius praecepit, libro ipsius per viginti septem annos usque ad millesimum sexcentimum quadragesimum primum in curia asseruato, postea vero a quodam Consule Aulae Saxonicae Marschallo *Georgio de Pflug* donato, qui Amstelodami typis excudendum curauit. Alias anno 1643. primum Böhmius et impugnari coepit (addit autem Magnific. *Dn. D. Fechtius* Colleg. Anti-Pietist. Mscripto. Sect. I. c. II. de Iacobo Böhmiis et Scriptis ipsius, §. 3. rationem, quia *Böhmius singuli Doctores ipsi obrogati hominem obscurum, qui nec intelligeretur ab aliis, nec semetipsum intelligeret, eundemque haud eruditum, sed ex infima plebe, cum quo congregarentur, indignum iudicauerint*) et defendi, *Dauid* Gilberto admonitionem contra *Iacobi Böhmi* Libros edente. Cui cum *Iohannes Theodorus von Tschesch*, Eques Silesius, defensionem Böhmiis opponeret, ille anno 1644. fanaticum hominem Apologia compressit. Breui interiecto tempore utramque *Tscheschii* defensionem recudi fecit *Gerard Anagnossus*, Homo Pontificius, refutatione latina adiecta sub titulo: *Ne Sutor ultra crepidam*, qua Böhmius Manichaeorum et Gnosticorum sententiae accedere, probare adlaborabat. Paulo post famosus ille Fanaticus, *Elias Praetorius*, vero nomine *Christianus Hoburgius*, Autor speculi abusu Ministerii Ecclesiastici, allegare pro se et enixe laudare Böhmius coepit. Quem cum tria Ministeria, Lunenburgense, Hamburgense et Lubecense aliquot scriptis refutarent, iudicium quoque suum de Böhmiis passim expresserunt. Ab eo tempore

pore ex utraque parte vel pro Böhmiō, vel contra Böhmiū passim terrarum edita sunt scripta, quoque magis ab Orthodoxis impugnabatur, eo magis a Böhmitis i. e. Fanaticis et Chiliastis excusabatur, equiparatus tandem veteribus Prophetis, immediate a DEO inspiratis.

§. VII.

Sunt autem *Sectatores Böhmiī*, teste B. Calouio loc. cit. sequentes: (I.) *Quirinus Kuhlman*, Uratislaviensis, cuius vitam descripserunt Autores *der Unschuldigen Nachrichten* 17II. p. 755. seqq. (II.) *Jonas Kotter*, Anglus, (III.) *Henricus* et (IV.) *Ioachimus Betkius*, (V.) *Abraham von Franckenberg* / Eques Silesius, qui se etiam Amadeum von Friedeleben vocat, (VI.) *Benedictus Bahnsen*, (VII.) *Lydora Frisus*, (VIII.) *Fridericus Brecklingius*, Ecclesiastes in Zvvol, (IX.) *Adamus Borelius*, (X.) *Christophorus Andreas Raselius*, Ratisbonensis, Pastor in *Zimmer, Reppet* / (XI.) *Paulus Felgenhauer*, (XII.) *Hattung Lobman*, (XIII.) *Nicolaus Theting*, alias *Künzer*, (XIV.) *Elias Praetorius*, *Evangelischer Prediger in Dieffland* / (XV.) *Aegidius Guthmannus*, (XVI.) *Thomas Taute*, et (XVII.) *Iacob Taube*, familiae et seruitii Amoris Seniores, (XVIII.) *M. Henricus Amersbach*, Ecclesiastes ad Diu. Petri et Pauli Halberstadiensis, (XIX.) *M. Theophilus Großgebauer* / (XX.) *Seidenbrecher* / (XXI.) *Christian Warner*, (XXII.) *Iohannes Theodorus von Tschesch*, Eques Silesius, (XXIII.) *Ludovig Friderich Giffel*, (XXIV.) *Georg Conrad Dielfeld*, der *Primer-Kirchen zu S. Nicol. Prediger in Nordhausen* / (XXV.) *Balthasar Rebhan*, Pastor in *Reichenbach* / (XXVI.) *Bernhard Bauman*, quamuis hic ipse *Elias Praetorius* censetur,

§. VIII.

Matacologia Böhmiānae specimen exhibituris, ferias quidem hic fecerunt Scriptores Anti-Böhmiāni a nobis recensiti antea

antea, speciatim B. Calovius l. c. B. Pfeifferus in der gerechten Sache n. 26. seq. p. 168. et seq. et ex illo Magnificus Dominus D. Schelguigius in der Sectirischen Pietisterey Artic. 9. n. 19. p. 29. seq. et Synopsi Artic. ult. Q. II. et Hartnac. in Micrae-
 lli Histor. Ecclesiastica continuata p. 1457. seqq. Nos tamen unum vel alterum errorem per nonnullos locos Theologicos eundo, inde excerptum heic recensibimus, refutatione simul addita. Docuit Böhmus (I.) in loco de Scriptura S. eam non carere erroribus. Ita enim in Aurora c. 13. §. 8. p. 137. Es seyn/ scribit, etlich irrig Ding in der H. Schrift gebrauen: A-
 vero cum omnia et res et verba in Scriptura fuerint a Sp. S. inspirata, secundum 2 Tim. III. 16. 2 Petr. I. 21. sequeretur, Spiritum S. errores inspirasse. Mosen non esse Autorem Historiae creationis. Audiamus verba ex Aurora C. 19. §. 79. p. 243. Weil diß Wort Abend und Morgen/ ganz wider die Philo-
 sophia und Vernunft lauffet / so ist dafür zu halten / daß Moses nicht der Auctor dazu ist / sondern es ist von seinen Vorfahren auff ihn gebracht worden / welche alle sechs Tage der Schöpfung haben in einen Lauff gerechnet / und die Schöpfung nur in einem dunckelem Wort behalten / und auff die Nachkommen gebracht / et cap. 20. §. 2. Diese Beschreibung (des andern Tages der Schöpfung) zeigt aber-
 mahl an / das nicht der theure Mann Moses der Auctor dazu sey / denn es ist ganz unverständlich und einfältig geschrie-
 ben / wiewohl es doch gar trefflichen Verstand hat. Iam quidem fatemur, et alios, utpote Spinosam in Tractatu Theologico-Politico c. 8. et 9. Hobbesium in Leviathan C. 33. p. 177. Authorem Systematis Prae-Adamitici L. IV. C. I. Richardum Simonium in Histor. Crit. V. T. Lib. I. C. 5. 6. 7. et contra eum Naallium de Verse Mosen Pentateuchi Autorem inficiari, vel pro Esra, vel pro Aegyptiorum scribis siue actuariis publicis, vel pro Sacrificulo siue Sacerdote quodam Samaritana

no heic pugnantes; At vero hos omnes Seruator noster Luc. XXIV, 27. Ioh. V, 45. seqq. Pentateuchum pro Mosis scripto citando, mascule refutat. (II.) *In loco de DEO* delirat Böhmius, DEUM esse aeternum nihil, et omnia indifferenter se habere ad bonum et malum, im Buch von der Gnaden Wahl c. I. §. 3. p. 5. Man kan nicht von Gott sagen / daß er diß oder das sey / böse oder gut / daß er in sich selber Unterscheid habe / denn er ist in sich selber Natur / los / so wohl Affect / und Creatur / los. Er hat Neiglichkeit zu etwas / denn es ist nichts vor ihm / darzu er sich könne neigen / weder Böses noch Gutes. Er ist in sich selber der Ungrund ohne einigen Willen gegen der Natur und Creatur / also ein ewig nichts. Es ist keine Quell (oder Bewegung) in ihm / noch etwas daß sich zu ihm oder von ihm könnte neigen. Er ist das einzige Wesen / und ist nichts vor ihm / oder nach ihm / davon oder darin er ihm könnte einigen Willen schöpfen oder fassen; Er hat auch nichts / das ihm gebähre oder gebe. Er das Nichts und das Alles / und ist ein einiger Wille / in dem Welt und die ganze Creation lieget / und ihm ist alles gleich Ewig / ohne Anfang / in gleichem Gewichte / ohne Maas und Ziel / er ist weder Licht noch Finsterniß / weder Liebe noch Zorn / sondern das ewige Eine / darum sagt Moses: Der Herr ist ein einiger Gott. Gemina tradit in Lib. de Incarnat. cap. i. §. 8. p. III. im Buch von dreysachem Leben c. 4. §. 87. p. 71. in Mysterio magno c. 3. §. 72. c. 6. §. I. c. 43. §. 3. in Lib. de Signat. rerum c. 6. §. 8. in coelestiac terrestri Mysterio Text. I. §. I. Lib. de Tripl. Vita c. I. §. 36. in Theosoph. Quaest. §. 12. At vero si DEUS est nihil, quomodo dicitur esse, fuisse, et futurus esse Exod. III, 14. Apoc. I, 4. An etiam non ens existit? Triumphabunt sic Athei, existentiam DEI negantes: Si DEUS est nihil, nullamque habeat existentiam, quomodo ex existentia DEI creaturae produci potuerunt? Quae est Böhmii aliorumque

rumque Fanaticorum hypothesis, quam B. *Hinckelmannus* in
 detectione sua fundamenti Böhmiани destruxit. Ita ipse *Böh-*
mius sibi est contrarius. Si DEUS indifferens est ad bonum et
 malum, quomodo Christus propitia veritate solum DEUM
 bonum Matth. XIX, 17. vocare, et Hiero-Psaltes Regius *David*,
 DEUM ut non volentem iniquitates siue malum Psalm. V, 5.
 describere potuit? Delirat *Böhmius* (III.) in loco de *Creatione*,
 creaturas esse aeternas. *Aurora* cap. 13. §. 108. p. 152. Gott
 hat ewige Creaturen aus sich selber corporirt. In der 19.
 Frage von der Seelen §. 7. p. 98. Es ist alles von Ewigkeit
 gewesen/ aber Essentialisch in der Essentz/ nicht im Wesen der
 Essentz/ sed quid ad haec *David*, vel potius *Moses*: *Antequam*
montes nati sunt, scribit Psalm. XC, 2. et firmata est terra et
 orbis; et ab aeterno usque in aeternum Tu es DEUS. Quid
Esaias: DEUM vocat C. XLVI, 28. DEUM aeternitatis. Quid
Elibu: Ecce DEUS, inquit Iob. XXXVI, 26. Magnus est, adeo
 ut non cognoscamus: Magnus est numerus annorum eius, ut
 non sit inuestigatio. Errat (IV.) in loco de *Angelis*, corpora
 et membra illis attribuendo. In *Aurora* Cap. VI. §. 12. p. 24.
 Ein Engel ist von der göttlichen Krafft zusammen gefüget/
 von Form und Art gleich einem Menschen/ auch mit allen
 Gliedern wie ein Mensch (doch ohne Fleisch und Bein) aber
 die Gebuhrts-Glieder und kleinen Ausgang von unten hat
 er nicht: Denn der Mensch hat seine Gebuhrts-Glieder/ dar-
 zu auch seinen Ausgang erst im kläglichen Fall bekommen
 C. VI. §. 10. II. Os adscribit *Angelis*, dessen sie so wol bedürf-
 fen/ als die Menschen/ und müssen den Geist in sich durch
 das Maul raffen/ davon die Luft in dieser Welt entsteht:
 item, sie müssen von den himmlischen Früchten essen durch
 das Maul. Verum quidem est, iam ante Böhmiium *Philoso-*
phos Platonicos, Pythagoricos, Iudaeos Veteres, Muhameda-
nos, Messalianos, nonnullos Patres, et post Böhmiium nonnul-

los e Reformatis, Conradum Vorstium, Arminianos, Hugonem Grotium et recentissime Auctorem der Curidsen Erweigung der Worte Mosis Gen. VI, 2. Amsterdam 1700. 12. corpora vel Angelis in genere, vel saltem malis attribuisse. Sed an Spiritus, substantiae immateriales, independentes a materia et forma, possunt esse corpora, possunt habere membra corporea? Vocantur autem Angeli Spiritus Act. VIII, 26. coll. cum 29. Eph. II, 2. Eb. I, 14. C. XII, 23. Vid. Disput. nostr. de Angelis §. 10. seqq. Quando in assumtis corporibus comederunt, fuit haec comestio quidem vera, sed non propria. Pergimus ad (V.) Locum de Homine. Duplex hic elementare et spirituale homini assignat corpus im anderen Buch des Testaments Christi vom Abendmahl C. III. §. 18. p. 64. Der Mensch hat einen vier Elementischen Leib aus der Quint Essentz. Repugnat hic error primaeue hominis creationi, qua unum idque materiale, ex terrae gleba conditum hominem accepisse corpus Gen. II, 7. C. III, 19. dicitur; repugnat Saluatoris effato, quo unum, idque mortale, adeoque materiale homini assignatur corpus animae seu spiritui contradistinctum Matth. X, 28. repugnat denique corporis naturae, implicat esse corpus, et simul esse ratione substantiae spirituale, quod enim ratione qualitatatum spirituale corpus in resurrectione accepturi simus, docet nos Paulus I Cor. XV, 44. (VI.) In loco de Peccato impie DEUM causam et primam peccati originem facit, von den drey Principiis C. IX. §. 30. p. 89. GOTT ist das Wesen aller Wesen/ darin sind zwey Wesen in einem/ ewig ohne Ende und ohne Herkommen: als/ das ewige Licht/ das ist GOTT oder das Gute; Und dann zwey die ewige Finsternuß das ist ewige Quaal. In Mysterio magno C. VIII. §. 24. p. 41. GOTT ist selber alles Wesen/ er ist Böß und Gutes/ Himmel und Hölle/ Licht und Finsternuß. Repetit haec in signatura rerum C. XVI. §. 11. p. 209. von 6. Puncten Punct. V. C. VIII. §. 31. p. 60. von 3. Prin-

3. P
Ma
Pri
stae
DE
tum
Dist
tem
pote
sto
mii
um
rio
von
blich
sent
Du
Er
und
in
cum
nist
alio
del
tran
qu
in
nen
par
I, 3
tur
ian

3. Princip. C. X. pag. 103. Consentiant cum Böhmio: *Simon Magus, Valentiniani, Cerdonistae, Marcionitae, Manichaei, Priscilianistae, Libertini, quidam Pontificii*, praecipue *Thomistae et Dominicani, Sociniani, &c.* Summa haec est blasphemia, DEO sanctissimo causalitatem peccati imputare, cum peccatum sit, vel id de DEO cogitare. Absit enim, ut DEO sanctissimo et iustissimo, qui peccata seuerè punit, ullam impuremus labem. *Non est ille volens peccata, qui malus est, non potest apud eum manere* Psalm. V, 5. (VII.) Ad locum de Christo quando accedimus, quot non errores ibi in Scriptis Böhmii inuenimus? Unum notamus: fingit, Christum corpus suum de coelo attulisse, non vero ex matre traxisse. In mysterio magno C. X. §. 57. p. 59. *Es ist der Leib Christi / den er vom Himmel brachte / und in unseren verstorbenen oder verbliebenen Leib durch diese himmlische und paradisische Wesenheit einführte.* Von den 3. Princip. C. XVIII. §. 4. p. 256. *Du solt hie verstehen gar hoch und scharff / dass diese neue Creatur im H. Element nicht ist von der Jungfrauen Fleisch und Blut geböhren / sondern von GOTT aus dem Element / in voller Fülle und Einigung der H. Dreieinigkeit.* Similiter cum Böhmio hic errant *Valentiniani, Anabaptistae, Menonistae, Weigeliani, Quakeri, Petrus Poiret, D. Petersenius*, alique, qui vel Christum habuisse carnem spiritualementem, coelitus delatam, et per uterum Mariae, instar aquae per canalem, transeuntem, vel duplex habuisse corpus, alterum spirituale, quod secum in Mariam attulerit, alterum humanum, quod in Maria virgine assumserit, vel coelestem carnem et sanguinem Christum iam habere, somniant. Reicit deliria haec partim conceptionis in et ex Maria factae veritas, de qua Luc. I, 31. et 35. *Quod ex Te nascetur Sanctum, Filius DEI vocabitur.* Partim denominationes, quibus iam Filius Mariae Luc. I, 31. iam fructus ventris Mariae ps. 42. iam Semen Mulieris Gen. III,

15. Semen Daudis 2 Sam. VII, 12. Rom. I, 3. Semen Abrahæ Gen. XXII, 18. Gal. III, 16. iam vero Maria Mater Christi Luc. I, 43. appellatur. Error (VIII.) *In loco de Baptismo* Böhmii est, quod fingit, liberos piorum parentum spiritu eorundem baptizari, et sine baptismo regenerari, Lib. de Baptismo p. 35. **Johannes ward im Mutterleib getaufft aus Marien Stimme/ so wol auch seine Mutter Elisabeth/ und sehen gar eben/ wie das sey zugegangen. Denn als Elisabeth den Gruß Mariæ hörte/ so bewegte sich der H. Geist in ihr/ und auch in ihrer Frucht zugleich. Sie empfiengen die Tauffe Christi aus seiner Menschheit zugleich/ die Mutter mit dem Sohne. Warum denn nicht auch NB. ih̄o in heiligen Eltern/ in denen die Salbung ist? Dann dessen der Baum ist/ dessen ist auch seine Frucht. Quæ si vera sunt, cur infantes ante Baptismum vocantur filii natura iræ Eph. II, 3. caro ex carne, Ioh. III, 5. immundi ex immundo? Iob. XIV, 4. cur in iniquitatibus dicuntur formati et in peccato calefacti? Psalm. LI, 7. cur Christus negat, ordinarie infantem sine Baptismo posse saluari Ioh. III, 6. (IX.) *In loco de S. Coena* iterum fingit, dignos conuiuas Corpus et Sanguinem Christi tantum ore fidei, indignos vero solum panem et vinum ore corporis accipere. Von den Testamenten Christi L. II. C. 3. §. 9. et 10. p. 62. Die Jünger Christi/ wie auch andere haben Christi Fleisch und Blut unter Brod und Wein/ als durch ein Mittel/ mit dem essentialischen begierlichen Glaubens-Munde gegessen und getruncken/ nicht mit einem unschreiblichen natürlichen Begriff/ sondern mit dem Glaubens-Begierden: Jedoch daß mans recht verstehe/ der äußerliche Mund mit seinem Begriff faßet das äußerliche Elementische Wesen/ Brod und Wein et §. 25. Das grobe Thier des groben Fleisches (der Unglaubige und Falsch-Gesinnete) empfähet nur die äußere Hülse am Testament/ als Brod und Wein/ und darunter das Gericht**

richt Gottes/ das dem Leibe dieser Grobheit seine Lust bricht
 und tödtet. Succenturiatur Böhmiö Christianus Democritus
 in Papismo Protestantium vapulante p. 267. p. 277. seqq. in
 dem Wein und Del p. 280. et seqq. p. 297. seq. &c. Reiciunt
 hunc errorem Christi verba: *Accipite, comedite, hoc est corpus
 meum*, quae siue dignis siue indignis applicata eandem retinent
 significationem et veracem manducationem arguunt; Reiciit
 hunc errorem Paulus 1 Cor. XI, 27. et 29. indignus, scribens,
 sit reus corporis Christi. Iam nisi acciperet corpus, non pos-
 set eius reus fieri. Non entis nullae sunt affectiones. Tandem
 (X.) in loco de *Novissimis* somniat, animas a corpore separatas
 apparere viuis, et quandoque occultas artes reuelare. In der
 21. Fragen von der Seelen §. 14. p. 101. item p. 116. §. 8. p. 117.
 §. 13.-16. Sendbr. Ep. 22. §. 10. p. 117. scribit: Einige abgesehie-
 dene Seelen erscheinen anderen Menschen / theils wenn sie
 wachen / theils magisch im Schlasse / und treiben ihren Gau-
 ckels Leib im siderischen Geiste / offenbahren auch geheime
 Künste: Est hic error et commentum Pontificiorum, et refu-
 tatur exinde, quia neque ex inferno datur liberatio, neque bea-
 torum animae desiderant ex coelo ad nos transire. Somniat cum
Philone, et *Quakeris* coelum et infernum communem Angelis
 bonis et malis, eos non in certo *no*, sed ubique in mundo maiore
 et minore esse. In via ad salut. Lib. 6. p. 47. Der Jünger sprach:
 Wie ferne ist dann Himmel und Hölle voneinander? Der
 Meister sprach: Wie Tag und Nacht / wie ichts und nichts:
 Sie sind ineinander / und ist ja eines dem anderen wie ein
 nichts / und ursachen doch einander zur Freude und Fried.
 Der Himmel ist durch die ganze Welt / und ausser Welt
 überall / ohne Verneuerung / Art oder Stäte / und würcket
 durch göttliche Offenbarung nur in sich selber: Und in dem/
 das darein kömmt / oder in dem / darinn er offenbahrt wird/
 allda ist GOTT offenbahrt. Denn der Himmel ist anders
 nichts/

nichts/ als eine Offenbarung der ewigen Lieb. Da alles in stiller Liebe würcket und will. Und die Hölle ist auch durch die ganze Welt/ wohnet und würcket auch nur in sich selber/ und in dem/ darinnen der Hölle Fundament offenbahr wird/ als in Selbstheit und falschen Willen. Sed refutant hunc errorem coeli et inferni in Sacris Descriptiones, quibus coelum ut π s certum, in quo Abrahamus cum Lazaro refocillabatur Luc. XVI, 22. 23. et ut Paradisus, in quem cum Christo etiam latro poenitens venit Luc. XXIII, 43. infernus autem ut carcer, in quo multi spiritus continentur, 1 Pet. III, 19. describitur. Habes, Lector Beneuole, ita specimen Mataeologiae Böhmianae secundum locos Theologicos deductae, una cum illius refutatione. Plures quidem in singulis locis occurrunt errores, sed iis omnibus recensendis et refutandis charta praeiperetur omnis; interim plura dabunt *Iohannes Müllerus* in dem Fanatischen Atheisten aus des Erztz. Enthusiasten Iacob Böhmens *Schriften*/ (cui Anonymus opposuit: *Eine wohlgemeinte Gegen-Erklärung über die Theosophische Schriften Jacob Böhmens.*) *D. Abraham Hinckelman* in den Fragen über Iacob Böhmens Lehre (respondit Anonymus et addidit 40. Gegen-Fragen.) *Iohannes Wincklerus* im Send. Schreiben an D. Hinckelman, Autoresque supra et a *D. Schelguig*. l. c. citati.

§. IX.

Iam ex his quidem facile judicari posset, *quid esset de hac Mataeologia habendum?* Inueniuntur autem varia variorum iudicia. Occasionem illorum dedit nostris temporibus, ut omnis hodierni Fanaticismi, *M. Iohannes Iacobus Zimmermannus*, Ecclesiae oppidianae alicuius in Ducatu Württembergico Diaconus, Matheos peritissimus. Is enim non tantum in der muthmaßlichen Zeit-Bestimmung 1684. 8. p. m. 56. *Böhmium* inter Prophetas immediate a DEO illuminatos pri-

primo nominat, sed etiam cum Hamburgi commoraretur, *Hor-*
bio in familiari conuersatione benigniorem de Böhmio affrica-
 uit opinionem. Quod cum Reuerendo Ministerio Hambur-
 gensi suspicionem de puritate Doctrinae Horbiana mouisset,
 Ministeriales sub Iuramenti forma Doctrinae puritati in Libris
 Symbolicis propositae se de nouo adstrinxerunt, et omnes Fa-
 naticos speciatim *Iacobum Böhmiu*m reiecerunt. Ea occasio-
 ne varia variarum Academiarum, Ministeriorum et Theolo-
 gorum Iudicia de *Böhmio* eiusque Scriptis conquisita et in pu-
 blicam lucem fuerunt euulgata. Autor, qui se vocat *Liebhä-*
ber der Wahrheit/ quatuor diuersas diuersimode de *Böhmio*
 eiusque scriptis iudicantium in *der Rettung wider L. Simon*
 constituit classes: *Es ist bekant* / sunt verba ipsius C. III. p.
 59. seq. *wie von einigen Zeiten her / wegen Iacob Böhmen*
in seinen Schrifften halber ein grosser Disput in den Kirchen
entstanden ist / und so viel aus denen hin und wieder ergan-
genen Streit-Schrifften / und sonst zu ersehen / finden sich
hieben vier ungleiche Partheyen / deren jede von Böhmen
eine eigene Meynung hat. Die erste Art ist / die sich sonst
beständig zu unser Kirchen und unsern Libris Symbolicis be-
kennet / auch die Irrthümer / so andere aus Böhmen ziehen /
verdammet und verwirfft / dieses aber / das sie darinn ent-
halten / läugnet / und das Gegentheil zu erweisen über sich
nimmt / hält Böhmen vor einen heiligen und von Gott er-
leuchteten Mann / seine Bücher vor Schrifft-mässige Geheim-
nüß-volle / und solche / darauß / wo man sie mit Aufmerksam-
samkeit lese / sich an des Lähens armen Gestalt und seiner son-
derbahren Schreib-Art nicht ärgere / ein grosses Erkantnüß
von Göttlichen Dingen zu fassen. Weil sich aber wenige so
tief herunter liessen / und dieses Schusters Schrifften einer
in der Liebe geziemenden Prüfung würdigen; sondern wol-
ehe sie ihn gelesen / mit Verdammung auff ihn zustürmeten;
 Daher

Daher / meynen sie / käme es / dasz er ihnen ein Stein des Anstosses sey und bleibe / und so viele sich an ihm versündigten / indem sie dasjenige vermessenlich richteten / und verdammeten / was sie nicht verstünden. (Pertinet huc Dⁿ. D. Franc. Clingius vid. Unschuldige Nachrichten 1703. p. 110. seqq.) Und diesen stehet die andere Art Schnurstracks entgegen / die Böhmen vor einen Schwärmer und Satans Kind / seine Bücher vor ketzerisch hält / und sie daher verdammet / auch meynet / männiglich müsse sie mit ihnen verdammen: Wer das nicht thue / noch thun wolle / der mache sich verdächtig in der Lehr und schwerer Irthümer theilhaftig / und sey deswegen als ein schädliches Glied und Fanatischer Sectarius aus der Gemeine zu stossen / bis er sich eines andern besinne / und wider Böhmen / und die so ihm anhangen / sich erkläre. Die dritte Parthey gehet etwas gelinder / wil dem nicht widersprechen / dasz Böhme ein frommer Mann gewesen / und selig gestorben sey / vielweniger ihn zu verdammen auff ihr Gewissen nehmen / sondern läset ihn seinen Herren stehen und fallen: Seine Bücher aber halten dieser Art zugethane nicht frey von schweren Irthümern / welche sie entweder selbst darinnen vermeynen zu sehen oder doch zum wenigsten in derselben zu stecken glauben / weil grosse Lehrer der Kirchen / und viele kluge Leute solches vorgeben und dawider geschrieben haben / daher verwerffen sie dieselbe; Stehen ferner in den Gedancken / Böhme als ein Einfältiger Lüge habe manchemahl selbst nicht gewusst / was er geschrieben / sey an Theophrastum Paracelsum und andere Mystische Scribenten gerathen / darauf er seine Irthümer gezogen habe / die seine Schrifften lesen / lieben und darauf viel Erbauung haben zu können vermeynen / denen gönnen sie es / und sondern sich von ihnen nicht ab / begehren aber / dasz sie ihre Meinung sollen vor sich behalten / sie nicht

nicht unter die Leute bringen / sondern den gemeinen Mann
 vielmehr von Lesung dieser verwirreten Bücher abmahnen /
 und ewiglich auff seinen Catechisimum und die H. Schrift
 verweisen. Die vierdte Art ist darinnen mit den vorigen ei-
 nes Sinnes / das die so genannten Böhmischen / so lange sie
 keine eigene Secte machen / in der Kirche zu dulden / will auch
 dessen Bücher in die Gemeinden nicht interdicirt wissen;
 Darin aber ist ein Unterscheid / das die von dieser Parthen /
 weil gleichwol der Mann an vielen Orten den Glauben so
 deutlich und gründlich lehre / und uns bloß auff Christum
 weise / auch viele weise Leute ihn als einen Irrgeist zu ver-
 dammen jederzeit ein Bedencken getragen haben / sich nicht
 getrauen vor gewiß zu definiren / und als eine unwieder-
 sprechliche Wahrheit / und von der Kirche aufgemachte Sa-
 che mit anderen zu bejahen und zu bekennen / Böhme sey in
 der Lehre irrig gewesen / und seine Bücher haben Errores
 fundamentales, gefährliche und solche Irthümer in sich / die
 den Grund des Glaubens umstossen / und an der Seligkeit
 schaden / ungeachtet dessen / das ihnen darinnen nicht weni-
 ges anstößig und verdächtig vorkömmt. Daher sie es vor
 das sicherste halten / und ihren Gewissen besser zu rathen
 meinen / wenn sie bey solcher ihrer Ungewißheit die Sache
 in suspenso lassen / ihr Urtheil sparen / und Böhmen weder
 verdammen noch iustificiren: Und das unter anderen auch
 darum / weil sie seine Bücher theils selbst nicht gelesen ha-
 ben / theils zu lesen und tüchtig zu prüfen nicht Zeit finden /
 oder da sie dieselbe ja gelesen wegen der Undeutlichkeit im
 Reden zu keiner Gewißheit kommen können. Wannenbe-
 ro sie wünschen / das diejenige / welche Raum und Geschick-
 lichkeit dazu haben / die Sache zur gründlichen Prüfung vor
 sich nehmen / und untereinander versuchen möchten / wie weit
 man zur Annehmung oder zur Verwerffung Böhmischer
 Schrift.

Schriften zum Schluß kommen könne. Atque huic ultimae classi se associauit B. D. Spenerus variis Scriptis, in dem Berdencken über den so genannten Religions-Eyd Q. 4. p. 15. seq. in der Freyheit der Glaubigen C. I. n. 46. p. 38. C. III. n. 19. p. 54. C. VI. n. 3. 4. p. 94. seq. et n. 21. p. 105. in den Sieg der Wahrheit C. II. n. 17. p. 39. in Beantwortung des Unfugs C. II. n. 13. p. 106. n. 40. p. 160. n. 13. p. 207. in der Ubereinstimmung Artic. Praelim. V. n. 29. p. 122. in der Beytheidigung wieder Herrn Alberti n. 42. p. 45. seq. in dem Theologischen Bedencken/ et nouissime celeberrimus Dn. Professor Ioachimus Langius in der aufrichtigen Nachricht Tom. IV. p. 1. seqq. et Anti-Barbaro P. IV. p. 590. seq. Magnificus Dn. D. Fechtius duas Böhmistarum de Böhmio in Collegio Anti-Pietistico Mscripto C. II. §. XI. et seq. recenset sententias, quarum prima haec est: *Fuisse Iacobum Böhmium nouissimi temporis verissimum et immediatum Prophetam, hunc ipsum in finem a DEO extraordinarie illuminatum et missum, ut mysteria antea nunquam reuelata reuelaret, ea vero, quae iam reuelata fuerant, aliis nouis reuelationibus illustraret et confirmaret, unde scripta ipsius non alio in pretio atque honore habenda sint, ac scripta S. codicis ipsa diuinitus inspirata, qui quaecunque in dubium vocet aut pro Fanaticis et erroneis traducat, peccatum in Spiritum Sanctum committat, si vero quidquam in Scriptis Böhmianis reperiatur, quod absurdum, ut et rationi omni aut etiam aliis mysteriis aduersum aut obscurum et improprium videatur, id si vel maxime conciliari vel cum Scriptura vel secum ipso nequeat, in fide sub obsequium rationi captiuata deuota reuerentia adorandum esse, donec maior lux oboriatur, sicut et coetera in Scriptura Mystera supra omnem sint posita. Quicquid vero Scripta Böhmiana complectantur, quod vel Libris nostris Symbolicis, vel doctrinae apud nos haecenus receptae repugnet, id reiectis ea in re Libris Symbolicis*

reci-

recip
que
fuis
que
sent
vide
id p
ipsum
cept
nem
mag
tim
litte
opin
frea
Böh
imm
dis,
ad t
per
in d
lou
Dia
men
prin
edc
app
iud
iffe
ror
iud
Re

recipiendum et cum aeternae salutis iactura credendum esse; atque hanc esse plerorumque Böhmistarum sententiam. Altera est, fuisse Böhmiū Religioni Lutheranae exasse additum, omniaque, quae ex eo proferuntur, quasi Orthodoxae Theologiae dissentanea, cum veritate Lutherana exacte conciliari posse. Ubi videatur quippiam aduersum dicere vel scripturae vel rationi, id partim ex ignorantia terminorum Chymicorum, partim ex ipsius orationis obscuritate prouenire. Nec enim Böhmiū conceptus mentis suae commode ubique exprimere potuisse, hominem quippe rudem et litterarum expertem. De coetero merito magnificandum partim ob pietatis singularem feruorem, partim ob desiderium reformandae Religionem nostram a profanae litteraturae abusu, qui iam tum in eandem irrepserat. Ea in opinione sunt supra citatus Liebhaber der Wahrheit, Godofredus Arnoldus, alii. Nituntur Böhmistae ad defendendum Böhmiū potissimum variis ab illo editis scriptis, causati, nisi immediate fuisset illuminatus, non potuisse fieri, ut homo rudis, qualis Böhmius erat, sine omni informationis beneficio ad tantam rerum cum naturalium tum Diuinarum scientiam peruenerit. Nec inter nostros Theologos hic est consensus, in duas siquidem illi scinduntur partes. Plurimi cum B. Calouio et Vvagnero sentiunt: Esse Sectam Böhmistarum vere Diabolicam, et inter nouissima Daemonis infernalis excrementa merito habendam, quam nemo ex Sacris Litteris, linguas imprimis originales de vera Religione per Lutherum reformata edoctus, salua conscientia approbare, aut si ab aliis seductus approbauerit, sine dispendio salutis fouere possit. De Böhmiō iudicant, illum, cum hos errores scriberet et defenderet, fuisse Satanae filium neque potuisse saluari, quamdiu in illis erroribus permanserit. Ex verbis et Scriptis et posse et debere iudicium de illo fieri. Haec est communis sententia. A qua Recentiores, Spenerus et alii recedunt, dicentes, posse Theologum,

logum, si Libros Böhmii legere vel per otium non possit, vel per competentem sibi libertatem haud velit, iudicium suum plane suspendere. De coetero cum ex obscuro proponendi modo non omnis, qui scripta ipsius legit, verum eorum sensum assequi nequeat, adeoque certus haud fit, an alicubi a veritate periculose aberret, e contra animaduertat, fidem et veram pietatem ipsum summopere commendare, non posse illum praecipiti iudicio sine magno peccato, tanquam erroneum, als ein Jrr-Geist condemnari, quousque a tota Ecclesia cognita accurate eius causa non condemnetur, multo minus libros ipsius Diabolo adscribi, neque enim etiam hos ad legendum commendandos esse, nec etiam prohibendos. Optandum vero esse, ut viri eruditi scripta ipsius legant, examinent, et post accuratam considerationem vel de approbatione vel de reiectione eorundem pronuncient.

§. X.

Communi Orthodoxorum Theologorum de Scriptis Böhmianis accessit sententiae Theologus, dum viueret, Orthodoxiae tenacissimus, B. D. *Iohannes Christophorus Nungerferus*, quando in Collegio suo Anti Pietistico MScr. C. IV. Error IV. ad Quaestionem: *Quid de Böhmii scriptis sit censendum?* Respondet: *Sunt manifeste erronea, impia et blasphemica, et hinc non modo non commendanda, sed potius suppressenda et prohibenda. Quod probatur (I.) Ex breui inductione in scriptis illis contentorum dogmatum. a De Sacra Scriptura docet: Es sey etlich irrige Ding herein gebrauen) & de DEO, Ipsum esse aeternum nihil: Er sey ein ewiges Nichts/ de Creatione, DEUM aeternas creaturas ex se ipso coagmentasse; (zusammen corporiret.) Luciferum cum in creando adiuuisse; Creaturas esse DEUM ipsum, & de Angelis, Luciferum esse*

esse n
riam
isse
fuisse
aut e
tum
tand
ama
grae
mili
nere
II. p
te re
cit i
Ecc
XIX
Idol
uifi
quo
stica
fimo
Dec
Feb
d. 2

est,
mi
orc
sed
nisi

esse magnam partem Deitatis, & de Homine, Animam esse essentiam DEI propriam; Adamum in principio ante lapsum habuisse Angelicum corpus, nec intestina; Adamum et Euam unam fuisse personam etc. Quae autem talia sunt, qui commendari aut excusari possent! (II.) Urgemus hic (1.) generale Mandatum & de cauendis scandalis, Matth. XVIII, 6. seqq. & de vitandis haereticis Matth. VII, 15. & de periculo seductionis. Qui amat periculum, peribit in eo. Haeresis habet indolem Gangraenae & Tim. II, 17. sermo eorum ut cancer serpit. Sicut a familiaritate conuersationis: Ita et a familiaritate lectionis abstinere iubemur Rom. XVI, 17. 18. Declinate ab illis & Iohan. v, 10. 11. si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis (2.) Exemplum Ecclesiae Apostolicae, Libros superstitiosos comburentis Actor. XIX, 19. DEUS namque odio habet opificem cum opere, ut in Idolis. Et semper Haereticorum Libri Ecclesiae fuerunt inuisi atque prohibiti. (3.) Praxin Ecclesiae modernae, quae quoque libros tales, ubi bene constituta est Disciplina Ecclesiastica, censura notare consuevit. In hac causa id fecit Illustrissimus Princeps, Eberhardus Ludouicus, Dux Württembergicus, Decreto Böhmianos Libros prohibens publicato 1694. d. 28. Februar. et Illustrissimi Duces Brunsvicensis Anno 1692. d. 2. Martii.

§. XI.

Nos ductum Praeceptorum nostrorum sequentes, ut par est, subscribimus communi Theologorum sententiae, Böhmium NB. in Scriptis suis intrepide damnantes, errores ipsius ad orbem proscribentes, ex quo origenem duxerint, non pro vero sed Pseudo-Propheta habentes, Theologum imo Ecclesiae Ministrum ex officii lege teneri, si de Scriptis Böhmi vel scrupulus

lus, vel controuersia oborta fuerit, ad scriptorum lectionem, imo postquam illa ad Scripturam S. ceu ad lydium lapidem protraxerit, damnationem, persuasi. Probarem iam hoc iudicium meum, nisi partim in Mataeologiae specimine adducto hoc factum fuisset, et quilibet vanitatem illius cognoscere inde facillime posset, partim etiam limites, qui chartae sunt destinati, id non prohiberent. Vel tribus verbis: *Böhmium fuisse Pseudo-Prophetam*, vel hinc cognosce, quia errores Scripturae aduersos, imo in Maiestatem Diuinam blasphemos et salutem aeternam excludentes in scriptis suis fouet, ut inductio supra facta ostendit: *Esse hinc condemnandum*, Paulus, Gal. I, 8. *Etiamsi Angelus aliud Euangelium praedicauerit, quam quod praedicatum est, Anathema sit*, intrepide affirmat; Tantum abest, ut vel publicus Doctor, vel Minister Ecclesiae se a condemnatione hac subducere possit.

§. XII.

Potuisse autem fieri, ut citra immediatam reuelationem Böhmus rudis et indoctus, tum naturalium, tum Diuinarum rerum notitiam sibi acquireret, multosque de illis scriberet libros, ex verbis *B. Pfeifferi*, quae in *Anti-Chiliasmo C. II. §. 26. p. m. 66. seq.* inueniuntur, quilibet facile cognoscere potest. Ita autem illa habent: *Ich wundere mich nicht sehr drüber / denn zu geschweigen / daß man diesen Vogel aller Vermuthung nach viel frembde Eyer untergeleget / und dieses Schusters unformliche Arbeit über andere Leisten gezogen / so haben Paracelsus, Schvvenckfeld, VVeigel viel geschrieben / und die Sommer-Tage sind lang / so daß ein unnüssiger vorwitziger Kopff aus diesen und jenen gnug zusammen schreiben kan / auch ist der Teuffel ein Schaleck / der sein Werck in solchen Propheten hat / und wenn er einen halben Narren vor sich findet / ihn leicht fertig machen kan.* Ad-

Addimus B. *Tobiae VVagneri* in Propemptico Iudicio Theologico de Scriptis Iacobi Böhmii, von *Alt. Seydenburg/ Tübingae* 1679. anno aetatis suae 82. edito, sententiam, quae verbis Dn. *D. Fechtii* l. c. §. VIII. concepta haec est: *Si ponatur, eam scientiam supra naturae vires fuisse; Tamen concludi potius debere, a Daemone fuisse, cum fuerit notitia, Verbo Divino plane aduersa, et a vera Religione hominem abducens; Quemadmodum miracula, quae pro haereseos demonstratio- ne ac veritate fiant, Daemoni, non DEO sint adscribenda. Deinde nec tantam tamque stupendam Böhmii scientiam fuisse, quin ingenii naturalis perspicacia ex librorum lectione (quantumlibet hoc alicubi neget homo fallax, alibi autem non dif- fiteatur, Schwvenckfeldii se scripta et VVeigeli legisse; Imo Astrologorum scripta et fastidiosos scriptorum cumulos) et con- uersatione cum aliis potuerit comparari; Nec scientiam eius fuisse solidam, sed vagam, variam, deliram, ridiculam, tem- merariam, absurdam, contradictoriam, obscuram, dum pro- tulerit, quae nec intellexerit ipse: Nec deesse denique exem- pla eorum, qui propria industria ad admirandam et fere in- credibilem pervenerint variarum rerum notitiam. Cur non et Böhmium eo usque pertingere potuisse, cum fere nihil aliud, quam Phantasmata cerebri deblaterauerit? Quod tantum non exigit studium aut laborem, praesertim quando alii sua deliria per tale instrumentum diuendere volunt. Informatum enim esse a Chymicis, Paracelsicis et Roberto Fludd, cui secun- dum Tomum operum Böhmiius dedicauit, omnibus haud igno- rum est.*

D

§. XIII.

La 2907

26

OK


X 250 1286

§. XIII.

Coronidis loco Scriptores Anti Böhmiānos adderemus
 nondum allegatos, nisi Dn. D. *Schelguigius* l. c. p. 443. seqq.
 longum eorum contexendo catalogum ferias nobis fecisset.
 Nihil ergo amplius superest, quam ut ingenue confiteamur,
 haec, quae de Böhmio eiusque scriptis et dogmatibus com-
 mentati fuimus, non esse noua, sed iam ante aliquot annos a
 Scriptoribus Anti-Böhmiānis proposita, adeo, ut nos acinos
 tantum post vindemias collegerimus, Sudiosae
 Iuuentuti unice heic inferuentes.

SOLI DEO GLORIA!





Q.K. 148, 16.

Za
2907

VIRI
Petrus Rucardus, Pse Nollanus, Anghelmus
Co-adjutor, Clavarius
Dr JOHANN HENRICO BEURHUSIO
Dr BERNHARDO JOACHIMO BEURHUSIO

Q. D. B. V.
DE
IACOBO BOHMIO,
PALAEO-SEIDENBURGENSI
In Susatensium Athenaco
disputabunt,
PRAESES
D. IVSTVS VVESSELUS RUMPAEVS,
Archi-Gymnasii Rector,
ET
RESPONDENS
IOHANNES CHRISTOPHORUS BEURHUSIUS,
Tremonienfis.
Ad diem XII. Martii ANNO M DCC XIV.
SVSATI, Stanno HERMANNIANO.

BIBLIOTHECA
POMIGRAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)